UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.8. Alphonsus sapiens Castellæ Rex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66255

Visual Library

rum Diœceſes terminis circumſcribere, quia longa ethnicorum poſſeſſio horum documenta deleverat. Igitur Papa hoc quoque munus Lopeſio Marocenſi Epiſcopo impoſuit. Sæcul.XIII. A.C.1255.

§. VIII.

Alphonſus Sapiens Caſtellæ Rex.

Ferdinandus Caſtellæ Rex anno 1252, regiminis ſui trigeſimo quinto, die Jovis 30 Maji ad Deum exceſſerat, noſtra ætate inter Sanctos relatus a Papa Clemente X. anno 1671. Succeſſit ei filius natu major Alphonſus X, cui ſuus ſcientiarum, præſertim Aſtronomiæ amor fecit cognomen Aſtrologi, ſeu Sapientis, nempe Docti ſecundum linguam illius temporis. Condidit Univerſitatem Salmanticenſem, magnisque inſtruxit proventibus. Papa rem ratam habuit hoc anno 1255; & conſenſit, ut omnes exceptis Regularibus, ibi Jus Civile per triennium audirent, ac Doctoribus inibi creatis liceret Profeſſoris munus exercere in omnibus cæteris Univerſitatibus, Pariſienſem ſi demas & Bononienſem.

Vit.ap.Boll. to.18. p.362. n.149.p.385.

Rayn. n. 52.

§. IX.

Concilium Burdigalenſe.

Hoc anno 1255. Gerardus Malemortius Archiepiſcopus Burdigalenſis conci-

To.11.p.759